



# Boletín Oficial

DEL

## Obispado de Osma

Año LXIV. 16 DE OCTUBRE DE 1923. Núm. ~~XX~~ <sup>XXVIII</sup>

SUMARIO: S. C. de Disciplina Sacramentorum: De processibus in Causis dispensationis super matrimonio rato et non consummato: Continuación.— Conferencias morales y litúrgicas — Legionarios de la Buena Prensa: Privilegios especiales para los Sacerdotes.— Colectas: Para los Santos Lugares; Covalada; Buena Prensa y Propagación de la Fé.

### SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

#### II REGULAE SERVANDAE

*In processibus super matrimonio rato et non consummato  
(Continuación.)*

#### CAPUT III

##### *De tribunali constituendo*

13. Ordinarius, facta sibi facultate a Sacra Congregatione de disciplina Sacramentorum conficiendi processum super asserta matrimonii inconsummatione, curabit tribunal, cum primum poterit, constituere, ad id adhibendo ministros in sua Curia constitutos, vel alios etiam, quoscumque maluerit, eligendo et assumendo, nisi aliud in rescripto delegationis cautum sit,





dummodo isti iis praediti sint qualitatibus, quae a iure pro singulorum munere praescriptae sunt (Can. 1607, § 1).

14. Ordinarius, quatenus utatur facultate subdelegandi, actum subdelegationis scripto redigat, facta mentione delegationis ab Apostolica Sede tributae cum addita potestate subdelegandi, expressis nominibus coniugum, de quorum matrimonio causa agitur, et relatis instructionibus, si quae ab hac Sacra Congregatione datae fuerint.

15. Eodem vel altero actu, scriptis pariter confecto, Ordinarius deputet defensorem vinculi et actuarium, qui iis dotibus praediti sint quae in iure requiruntur (Can. 1589, § 1); nisi extraordinarios ministros constituendos mandaverit ipsi subdelegato, qui, secus, uti debet ministris Curiae diocesanae (Can. 1607, § 2. Cf. in Appendice, n. V).

16. § 1. Ordinarius, etsi delegatus a Sede Apostolica ad causam instruendam, vel iudex subdelegatus, eam non suscipiat, in qua, ratione consanguinitatis vel affinitatis, vel ratione tutelae et curatellae, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit, vel in qua antea advocatum vel procuratorem egerit, ad praescriptum can. 1613, § 1.

§ 2. Iisdem in adiunctis a suscipiendo munere abstinere debet defensor vinculi (Can. 1613, § 2).

17. § 1. Ordinarius qui ob legitimam suspicionis exceptionem causam instruendam non susceperit, debet vel iudicem subdelegare, si haec facultas ei competat, vel rem ad Sacram Congregationem remittere.

§ 2. Si exceptio suspicionis adversus iudicem subdelegatum proponatur, Ordinarius vel obiectam suspicionem definit, vel alium iudicem subdelegat, si hac potestate polleat, vel rem ad H. S. C. remittit. (Can. 1614, § 1 et 2).



18. In ipsa tribunalis constitutione, vel in toto causae cursu, Ordinarius vel iudex, ad normam n. 15, alios viros aequè idoneos eligere poterit, qui iudicis et aliorum officialium vices gerant pro casu quo primi electi fuerint impediti, vel uti suspecti legitime habiti. Cum eorum opera in causae decursu occurrerit, de subrogatione secuta et de subrogationis motivo in actis mentio fiat; et opportunum erit ut hi cum dictione *substituti* suscribant aut denotentur in actorum textu.

19. Excepto Episcopo, quando per se iudicis instructoris munere fungitur, omnes qui tribunal constituunt, in prima sessione iusiurandum de officio rite ac fideliter implendo et de secreto servando prestare debent.

#### CAPUT IV

##### *De officio iudicis et tribunalis ministrorum*

20. Iudicis, postquam ei legitime commissa fuerit processus instructio, est inquisitionem iudicalem instituere super asserta matrimonii inconsummatione, iuxta regulas hęc traditas. Inquisitio versari debet circa omnia quae inconsummationem probant, vel impugnant, et circa causas legitimas dispensationis. Argumenta autem ad detegendam veritatem in his causis praecipue sunt. *a)* utriusque coniugis, iurata confessio; *b)* testes septimae manus ex utroque latere; nec non testes ex officio inducti, vel etiam ad instantiam partium, prouti res ferat; *c)* inspectio corporum per peritos facta, *d)* authentica documenta, etiam extraiudicialia, cuiuscumque generis, veluti litterae, itemque acta iudicialia in foro civili confecta, quatenus ad rem faciant; *e)* indicia et praesumptiones.

21. Iudex in primis moderator est actorum. Ipsi itaque erit: *a)* tribunal convocare et sessiones indicere; *b)* vinculi defensorem, partes et testes citare, ut in iudicium compareant; *c)* peritos medicos et obste-



trices, audito vinculi defensore, designare, si inspectio corporalis facienda sit; *d*) partes, testes et peritos, tum quaesita a vinculi defensore confecta, tum nova ex officio proposita adhibendo, interrogare; *e*) atque ea omnia statuere, quae eius prudentiae et sagacitati aptiora videbuntur ad factorum veritatem eruendam.

22. § 1. Petitiones partis oratricis aut partis conventae, quibus instatur pro testium productione aut interrogatione aut alia probatione obtinenda, aut quocumque alio actu processuali conficiendo, iudex admititet aut reiiciet, audito defensore vinculi, suo decreto, in quo, si rei gravitas ferat, explicabit breviter rationes admissionis aut reiiectionis (Can. 1840, § 3).

§ 2. Pars, quae iudicis decreto se laesam sentiat, potest iudicem adire ut decretum revocet aut corrigat (Can. 1841); at appellationi nullimode datur locus, salvo tamen recursu ad Ordinarium, nisi ipsemet sit iudex.

23. Si quando pars aut testes, examinandi sint alienae dioecesis vel sint extra dioecesim degentes, et hi sine gravi incommodo ad tribunalis sedem, ubi causa instruitur, accedere nequeant, iudex Ordinarium illius dioecesis rogabit, ut, constituto tribunali, partem ac testes citet, examinet et ab eis documenta requirat, iuxta interrogationes a defensore vinculi, mandato iudicis instructoris, confectas et ab ipso iudice transmissas, additis instructionibus opportunis, si casus ferat (Can. 1570, § 2; 1770, § 2, n. 3). Ordinarius hac de re requisitus, servatis iuris praescriptionibus, acta, per se vel per alium confecta, ad iudicem remittat.

24. § 1. Pars vel testes, qui in dioecesi quidem commorantur, sed in locis ob dioecesis vastitatem et asperitatem aut defectum viarum ita dissitis a tribunalis sede, ut sine magna temporis iactura et gravibus impensis neque ipsi iudicem adire, neque a iudice instructore, defensore vinculi et actuario adiri possint, interrogari debent per parochum, si fieri potest, vel



alias per sacerdotem dignum et idoneum, ad hoc a iudice instructore delegatum, qui ipsi parti vel testi prior sit. (Can. 1770, § 2, n. 4).

§ 2. Huic cum litteris delegationis transmitti debent interrogationes faciendae et instructiones ad rem opportunae. Delegati autem erit, pro facultate in litteris expresse facta sibi adscire duos ministros, quorum unus defensoris vinculi munere fungatur, et hic sacerdos esse debet, et alter actuarii, qui et laicus esse potest, dummodo probatae fidei, ut examen huius partis vel testis legitime perficiatur et in actis redigatur.

§ 3. Sacerdos delegatus iusiurandum de officio rite et fideliter adimplendo ac de secreto servando coram actuario praestare debet, et defensor vinculi et actuarius coram delegato: et de hoc mentio fiat in actis.

§ 4. Si delegatus haud possit habere sacerdotem quem sibi adsciscat in munere defensoris vinculi, id notet in actis et ipse ex officio faciat interrogationes aut alia animadvertat: itemque si desit, in regionibus parum vel nullimode excultis, qui actuarii munus expleat, facta debita adnotatione in actis, ipse iudex actum exceptae attestationis, cum debitis notis, redigat.

25. Iudex, ut aequae aestimari possit uniuscuiusque attestationis pondus, *de singulorum in iudicium vocatorum aut vocandorum probitate et credibilitate nunquam inquirere praetermittat*, et ad hoc curabit ut ab eorum parochis litterae testimoniales exhibeantur, quae, si haberi non possint, erunt a Curia alia documenta perquirenda; et haec omnia sedulo in actis referantur. Cf. in Appendice, nn. XI-XIV).

26. Si acciderit partem conventam vel testem inductum a parte, vel ex officio vocatum, aut peritum in iudicium non venire, de non secuta comparitione in iudicium, et de causa saltem probabili non accessus, an ex. gr. agatur de impossibilitate vel de inobedientia seu de contumacia, in actis mentio fiat. Et si de con-



tumacia agatur, haec declaretur (Can. 1843) et in actis apposita documenta referantur (cf. in Appendice, n. XXV.) Si vero quis examini subiiciendus e vita migraverit, mortis documentum inter acta recenseatur, nisi aliter de eius morte satis constet.

27. § 1. In processu de matrimonii inconsummatione et de causis ad dispensationem super rato adductis, requiritur praesentia vinculi defensoris; eoque non citato, acta irrita sunt, nisi ipse, etsi non citatus, revera interfuerit. (Cau. 1587, § 1).

§ 2. Si legitime citatus aliquibus actis non interfuerit acta quidem valent, verunt postea eius examini subiicienda omnino sunt, ut ea omnia, sive voce sive scriptis, possit animadvertere et proponere quae necessaria aut opportuna iudicaverit. (Can. 1587, § 2.)

28 Defensoris vinculi officium est: *a*) examini partium, testium et peritorum adesse; *b*) exhibere iudici interrogatoria clausa et obsignata in actu examinis a iudice aperienda, et partibus, testibus aut peritis proponenda; *c*) novas interrogationes ab examine emergentes iudici suggerere; *d*) articulos a partibus propositos perpendere, eisque, quatenus opus sit, contradicere; *e*) documenta a partibus exhibita recognoscere; *f*) animadversiones pro adstruenda matrimonii consummatione scribere et allegare; *g*) eaque omnia deducere, quae ad matrimonium tuendum utilia censuerit. (Can. 1968).

29. Defensoris vinculis ius esto: *a*) semper et quolibet causae momento acta processus invisere; *b*) novos terminos ad acta perficienda flagitare, prudenti iudicis arbitrio prorogandos; *c*) de omnibus probationibus vel allegationibus ita certiolem fieri, ut contradicendi facultate uti possit; *d*) petere, ut alii testes inducantur, vel iidem iterum examini subiiciantur, processu etiam absoluto et clauso, novasque animadversiones edere; *e*) exigere ut alia acta, quae ipse suggererit, conficiantur, nisi iudex dissentiat; quo in casu,



si iudex non sit ipsemet Ordinarius, ad hunc recurrere fas est vinculi defensori (Can. 1969).

30. Actuarii, qui notarii seu cancellarii in processu partes explet, praecipuum munus erit legitime actis conficiendis intendere, acta fideliter custodire ne cuiquam extraneo pateant, transumpta conficere et de eorum authenticitate testari.

31. Tam iudex instructor quam defensor vinculi curent ut pars vel testis vel peritus interrogationi ipsi delate respondeat quoad omnes partes in quas dividitur. Si quandoque parti aut testi aut perito difficile sit memoria totam interrogationem retinere, ei per partes illa proponatur, quo facilius responsio et plenior evadat.

32. Fas erit iudici, audito vinculi defensore, actuario assignare adiutorem, qui eum coadiuvet in scriptione actorum et in transumptis conficiendis. Is, sicuti ceteri ministri tribunalis, ex momento quo assumitur, iusiurandum praestet de munere fideliter obeundo et de secreto servando.

## CAPUT V

### *De initio processus et de citationibus faciendis*

33. § 1. Si omnia expleri non possunt unica sessione, processus in sessiones dividitur; videlicet, quoties tribunal a iudice legitime convocatur ad processus acta explenda, sessio habetur.

§ 2. De decreto iudicis quo sessio clauditur et alia vel tunc indicitur vel erit opportuno tempore indicenda, nisi instructio causae sit absoluta, mentio in actis facienda est.

34. § 1. In prima sessione tribunal coadunatur et etiam completur si aliqui desint administri. Siquidem in ea iudex communicat: a) litteras Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, quibus pro-



cessus instructio Ordinario committitur; *b*) litteras Ordinarii, nisi ipse per se praesit, quibus iudicis officium subdelegat; *c*) deputationem defensoris vinculi et actuarii iam ab Ordinario peractam, vel ab ipso iudice, vi specialis delegationis, vel iam factam, vel in hac sessione faciendam; *d*) electionem officialium substitutorum; *e*) supplicem libellum oratoris inquisitionis inductorium; *f*) denique praestandum est iusiurandum, ad tramitem n. 19. (Cf. in Appendice, nn. VI-IX).

§ 2. Ista propria sunt primae sessionis, in qua tamen et alia expleri possunt acta, vel ipsa instructio absolvi, si ita res patiatur: quod non contingere solet: quare in reliquis habetur conventus personarum tribunal constituentium ad certa processus acta confi-cienda. Conventus autem habetur die et loco determinatis in superiore proxima sessione; nisi iudex maluerit statuere ut sessio habeatur die et loco dein determinandis et indicendis.

35 Aliquot diebus antequam tribunal congregetur iudex citat eum qui examini est subiiciendus itemque defensorem vinculi et actuarium, nisi hi iam in superiore sessione invitationem exceperint, ut in n. 34, § 2. (Cf. in Appendice, nn. X et XXII).

36. Citatio parti et testi fit per litteras in modum invitationis, tamen praeceptive; quae litterae continent: *a*) praeceptum iudicis ad comparandum; *b*) nomen, cognomen et domicilium illius qui in ius vocatur; *c*) iudicem coram quo comparere iubetur; *d*) locum et horam audientiae; *e*) causam, ob quam convenitur. satis significatam, seu saltem generalibus verbis indicatam (Can. 1715, § 1); *f*) iudicis et actuarii subscriptionem et tribunalis sigillum. (Cf. in Appendice n. XV).

37. Citatio clausa Curiae cursorem ne evulgationi ansa praebatur, tradetur; et por eundem cursorem erit private et personaliter intimanda. Altera ci-



tationis scheda asservatur in actis (Can, 1715). Si ob distantiam vel aliam causam, per cursorem fieri non possit intimatio, scheda citationis, iussu iudicis, transmitti poterit per tabellarios publicos, dummodo commendata et cum syngrapha receptionis, vel alio modo, qui, secundum locorum leges et condiciones, tutissimus sit (Can. 1719). Cursor, si per se intimationem peregerit, de ea in scriptis, ad calcem schedae in actis asservatae, manu propria subsignatis, ad iudicem referat (cf. in Appendice, n. XVI); si vero intimatio facta fuerit per publicum tabellariorum officium, in actis adservetur fides eiusdem officii.

38. § 1. Quoties, diligenti inquisitione peracta adhuc ignoretur ubi commoretur pars conventa aut etiam testis, si rei gravitas postulet, locus est citationi per edictum. Hoc autem fit affigendo per cursorem ad fores Curiae schedam citationis ad modum edicti, per tempus prudenti iudicis arbitrio determinandum, et in aliqua publica ephemeride eam inserendo. Si vero utrumque fieri nequeat, alterutrum sufficiet (Can. 1720; cf. in Appendice, n. XXIII).

§ 2. Si citatus praecepto comparendi obtemperare renuerit, videat iudex an renovanda sit citatio (Can. 1843, § 2), vel aliis modis magis opportunis et efficacibus uti expediat, ut foret interventus personae amicae vel auctoritate gravis. A remediis coercitivis, ut flectatur contumacia, abstinere ut plurimum prudens erit.

§ 3. Iudex videat etiam an partis vel testis non comparitio seu contumacia, per alios testes, de re circa quam illi interrogati fuissent, edoctos, suppleri possit.

## CAPUT VI

*De iureiurando a partibus, testibus et peritis praestando,  
et de interrogationibus iisdem faciendis*

39. Iudex, antequam cuiquam in ius vocato interro-



gationes deferat, exquirat iusiurandum de veritate dicenda tacto s. Evangeliorum libro (cf. in Appendice nn. XVIII et XXIX). Si citatus suas attestations sub iureiurando reddere renuat, et iudex instructor censeat eius attestations esse utiles ad veritatem detegendam, potest eas excipere, facta tamen in actis mentione de iurisiurandi recusatione eiusque causa.

40. Iudex partem, testem aut peritum ad iusiurandum recipiens, eum, prouti casus ferat, commonefaciat de sanctitate actus et de gravissimo delicto quod admittunt iurisiurandi violatores, adnotando peculiarem gravitatem iurisiurandi in subiecta materia et periuri funestissimos effectus, iuxta ea quae in Decreto adnotantur; item, si pro qualitate personarum opportunum hoc videatur, moneat de poenis quibus obnoxii fiunt in foro Ecclesiae qui falsum in iudicio iurati affirmant. Poenas contra iurisiurandi violatores sunt: a) interdictum personale, si periurus sit laicus; b) suspensio, si clericus (Can. 1743, § 3).

Has tamen poenas iudex ne ferat inconsulto Ordinario.

41. Examen faciendum est a iudice, cui adsistant oportet defensor vinculi et notarius ceu actuarius. In examine interrogationes non ab alio quam a iudice, vel ab eo qui eius locum tenet, faciendae sunt. Quapropter si a defensore vinculi novae interrogationes testi faciendae sint, has non testi, sed iudici, vel eius vicem gerenti, proponere debeat, ut eas ipse deferat (Can. 1773, §§ 1-2).

(Continuará)



## COLLATIONES ECCLESIASTICAE

---

PRO COLLATIONE DIEI 25 OCTOBRIS 1923

Crispulus, negotiosus et immitis vir, nullas unquam eleemōsynas ulli homini elargitur, partim quia iam tributa erario publico pendit, partim quia scit theologos de materiae quantitate in eleemosynis eroganda non convenire. Interea ejusdem uxor, inscio marito, quibuslibet mendicis succurrit. Quum vero in his fuisset quaedam mulier, cui post mortem ingens pecuniae vis ex emendicatione cumulata reperta esset, scrupulis acta, doctrinam pleniorē circa eleemosynae obligationem acquirere gestit, ideoque a confessario quaerit:

Utrum detur verum praeceptum eleemosynam erogandi, et quatenus obliget in extrema, gravi et communi necessitate? — Quaenam bona censeantur statui necessaria? — Quaenam quantitas bonorum sit pauperibus danda? — Utrum uxores et filii possint eleemosynas elargire? — Quid dicendum de excusationibus allegatis a Crispulo? Quid de muliere mendica thesaurizante?

### *Quaestio liturgica.*

De Missa solemni, quomodo altare exornari debeat? — Quaenam in presbyterio, in mensula ad cornu epistolae et in sacristia praeparanda sint? — Quaenam generatim tum a presbytero, tum etiam a diacono et subdiacono prae oculis habenda et observanda sint, circa recitanda et cantanda, incedendi modum, manuum gestationem, et praesertim genuflexiones? — Solans números 965-990.

---



PRO COLLATIONE DIEI 15 NOVEMBRIS

Egberta, mulier suae domus et pacis amatrix, belli tamen casus frequenter offendit. Dum ecclesiam petit juvenes aliquos vel etiam pueros audit blasphemantes; quadam abstinentiae die, dum sibi carnes offerantur venales, repulsanti objicitur eas ab inferioris contignationis vicina emptas sine difficultate fuisse; pluribus noctibus, dum ad podium prodit, floriferas rigatura et comptura testas, juvenem quemdam in finitimam domum per viridarii sepes subrepentem cernit, eumque auscultans cum filiafamilias colloquentem percipit. Quum vero ipsa sit timoratae conscientiae, et peccata vitare velit, vellet etiam blasphemos quosque commonefacere, et correctionis praeceptum, quatenus necesse sit ad amussim implere, ideoque quaerit:

Utrum detur verum praeceptum correctionis fraternae, qua vi, quibus conditionibus obliget?—An praeceptum correctionis locum habeat, ubi quis ex ignorantia peccat?—Qualis ordo servandus sit in correctione fraterna? Regulae practicae in correctionis exercitio habendae prae oculis, a privatis, ab ignotis, a scrupulis, a Superioribus, ab inferioribus, potissimum in communitatibus et collegiis?—Utrum Egberta teneretur corrigere blasphemantes, vicinam carnes in casu eumentem, filiamfamilias cum amasio colloquentem, vel ipsum amasium, vel eorum parentes?

*Quaestio Liturgica*

Ante Missam solemnem celebrandam, quid in sacristia praestare debeant sacerdos atque Ministri?—An thus in thuribulo ante egressum imponi debeat aut possit?

---



## Legionarios de la Buena Prensa.

### *Privilegios especiales para los Sacerdotes*

8. Privilegio de altar privilegiado cuatro días por semana cualquier sacerdote que sea Legionario (aun cuando no sea Laureado).

9. Privilegio de poder recibir estipendio por las Misas de binación destinando su importe a la obra de los Legionarios.

10. Privilegio para los sacerdotes Laureados de poder imponer el escapulario del Carmen *servatis servandis*, con la condición especialmente de llevar los nombres a algún convento de Carmelitas o a alguna Cofradía del Carmen canónicamente erigida.

11. Privilegio para los sacerdotes Laureados de bendecir con la señal de la cruz rosarios, coronas, cruces, crucifijos, estatuitas y medallas, aplicándoles las indulgencias apostólicas, que son 28, plenarias en otros tantos días del año, y muchísimas parciales, según el elenco de *Acta Apost. Sedis*, 22 de Febrero de 1922.

12. Facultad para los mismos sacerdotes Laureados para aplicar a los rosarios las indulgencias llamadas de los *Crucijeros*, que son quinientos días por cada Padrenuestro o Ave María que se rece con ellos.

13. Facultad para los sacerdotes Laureados de bendecir crucifijos, aplicándoles las indulgencias del Vía Crucis.

14. Facultad a los sacerdotes Laureados para anticipar desde el mediodía todo el oficio del día siguiente menos las Vísperas y Completas.

15. Facultad a los sacerdotes Laureados para mudar el oficio por el rezo de tres partes de Rosario una vez por semana, en Cuaresma y otros cuatro días entre año, con el consentimiento del Ordinario.

16. **Facultad notabilísima.**—Si una comunidad, Cofradía, Asociación, Centro, etc., satisficiera la cuota de un Coro de Legionarios, el Rector o Rectora de la Comunidad se podrá considerar como Laureado y los súbditos como Legionarios; y si se trata de una Asociación o Cofradía, será Laureado el Director y Legionarios los demás vocales de la Junta directiva, previo el oportuno diploma del Director de los Legionarios.

*NOTA.*—La Dirección de los Legionarios cuidará de renovar oportunamente estos privilegios cuando, según las fechas, vayan caducando.



## Colecta para los Santos Lugares de Jerusalem

AÑO DE 1922

Burgo de Osma (Catedral) 24 pesetas; id. id. (Seminario) 8; id. id. (Parroquia) 1'50; Osma 2; Barcebalejo 3; Alcubilla de Avellaneda 2'80; San Martín de Rubiales 3'50; Almenar 20'07; Peroniel 7'18; Chércoles 2'25; Valtueña 1'35; Cañamaque 0'75; Piquera 2; Fuentespina 1'50; Santiuste 1'75; La Aguilera 4; Hinojar del Rey 5'50; Valdemaluque 4; Cardilichera 1'50; Casanova 2'65; Fresnillo 3; Centenera de Andaluz 10'20; Fuentearmeijil 6; Cirujales del Rio 0'80; Quintanilla de Nuño Pedro 1'25; Peñalba de San Esteban 1'50; Talveila 2; Fresno de Caracena 4'80; Villálvaro 2; Lodares 1; Matanza 2; Andaluz 2'55; Valderrueda 6'35; La Muela 2'50; Valderrodilla 3'50; Aranda (Sta.) María) 7'50; Aranda (San Juan) 7'50; Gumiel de Izán 2'70; Quintanilla de Tres Barrios 1; Villanueva de Carazo 2'20; Sinovas 5; Hontoria del Pinar 11; Esteras 2'50; Castejón del Campo 2'50; Coruña del Conde 4'50; Lubia 1'25; Quintanarrubias de Abajo 2; Soria (La Mayor) 10'50; Soria (El Espino) 5'45; Villaescusa 1'25; Dombellas 1; Quintanamanvirgo 3'20; Guzmán 3; Arancón 3; Martialay 5; Alcubilla del Marqués 1'25; San Leonardo 12'50; Huerta del Rey 4; Doñasantos 1'50; Villaciervos de Abajo 2; Covalada 2; Tajueco 1; Quintanarraya 1'10; Morcuera 5'75; Zayas de Báscones 2'50; Vinuesa 5; Miñana 7; Sotos del Burgo 7'10; Alcoba de la Torre 4; Jaray 1'50; Fuentecantos 1; Buitrago 1; Baños de Valdearados 6; Mazalvete 1; Pozalmuro 4'50; Fresno de Caracena 1'25; Hortezielos 1; Arauzo de Miel 1; Pinilla de Trasmonte 1'75; Peñacoba 1'75; Cubo de la Solana 4; Valdeande 1'25; Mamolar 1'50; Las Fraguas 3; Peñalba de Castro 2'40; Fuensauco 3; Berlangas de Duero 1'50; Cubo de la Sierra 1; Cuevas de Soria 2'30; Ituero 1; Párroco de Duruelo 5; Ciria 2'25; Villanueva de Gumiel 1'10; Ontoria de Valdearados 1'50; Tardajos 1'80; Madruédano 9'75; Torreandaluz 2; Fuentepinilla 1'60; Gormaz 1'50; Rejas de San Esteban 1'30; Castillejo de Robledo 6; Pinilla de los Barruecos 3; Quintanarrubias de Arriba 1'50; Zayas de Báscones 1'25; Fuentemolinos 3; Tera 0'80; Valdenarros 2; Los Villares 1'25; Cidones 3'50; Alcozar 5'40; Rioseco 3; Mosarejos y Galapagares 3; Quintana Redonda 5,



Villabuena 8'40; Camparañón 2; La Horra 6; San Esteban de Gormaz 1'50; Soto de S. Esteban 2; Regumiel 2; Tardelcuende 3'20; Ucero 5; Fuentetoba 6'15; Golmayo 2'40; Párroco de Santervás de la Sierra 1; Feligreses de Hinojosa de la Sierra 1, Torlengua 5; Fuentelmonge 5; Narros 5; Bliccos 1'50; Záraves 0'50; Quemada 12'00; Covalada 2.

### Suscripción en favor de los damnificados de Covalada

Importe de la suma anterior 1700'00;

D. Francisco Alonso, p.º de Soto S. Esteban, 2'00, D. Silvestre Lozano, p.º de Burgo de Osma, 10'00; Párroco y feligreses de Berzosa, 13'60; Villálvaro, 13'00; La Horra, 13'00 Berlangas de Roa, 11'00; Morales, 8'05; Atauta, 96'00; Soto de S. Esteban 26'90; Lubia; 17'00; Alcubilla del Marqués, 38'80; Coruña del Conde, 29'00; Centenera de Andaluz, 9'30; Peñalba de Castro, 70'35; Quemada, 14'00; Villanueva de Carazo, 15'00; Gete, 2'95; Valdenebro, 42'00; Moradillo de Roa, 20'00; Alcubilla de Avellaneda, 53'35; Zayas de Bascos y Zayuelas, 37'00; San Leonardo, 10'50; Matanza de Soria, 21'85; Sotos del 59'60; giró el Sr. Alcalde de Morcuera, 55'45; Valdelinares, anejo de Sotos del Burgo, 16'25; Fresno de Caracena, 43'50; Cabrejas del Campo, 49'75; Arévalo de la Sierra, 66'05; Sta. María de las Hoyas, 19'35; La Cuenca, 80'00, Aldehuela de Calatañazor, 16'00; Sínovas 6'00, Párroco de Castrillo de la Reina 5'00, feligreses de id, 4'75, Párroco y feligreses de Madruédano 58'00; Don Blas Pastor, Maestro de Espeja 3'00, D. Juan Benito Ortega, vecino de id. 2'00 Excmo. Sr. Obispo de Palencia 100'00; Excmo. Sr. Obispo de Barcelona 100'00 D. Agapito J. párroco de San Esteban 5'00; D. Manuel de Miguel Coadjutor 2'50.

*Total Ptas 2.792, 85*

### Suscripción en favor de la Buena Prensa (Año 1923)

S. I. Catedral, recolectado en Misa 12, 36'80 pesetas, Iglesia de S. Antón de Burgo de Osma 3, Párroco de S. Esteban de



Gormaz 10'05, I. del Hospital de Burgo de Osma 4, Cepillo de la parroquia de Burgo de Osma 15, I. de los PP. Carmelitas de Burgo de Osma 60, Párroco de Ntra. Sra. del Espino de Soria 5, Iglesia de id. 2, S. Pedro de Soria 7'85, Sta M.<sup>a</sup> la Mayor id. 8, S. Juan de Aranda 11, Sta. María id. 14, PP. Franciscanos de Soria 43, Cirujales del Rio 1, PP. Misioneros de Aranda 61, Gumiel de Izán 7, Andaluz 7'20, Doñasantos 1, La Hinojosa 4'45, Espejón 5'20, La Sequera 2, Fuentenebro 2'50, Torlengua 2, Villanueva de Carazo 3'95, Gete 1'05, El Royo 10, Derroñadas 12, Covalada 1'10, Valderrueda 5'50, S. Martín de Rubiales 3'20, Muriel Viejo 1'50, Osma 10, Qnintanarraya 1'50, Regumiel 2, Valdenarros 1'25, Rejas de San Esteban 2'70.

### Colecta para la Propagación de la Fé.

Parroquia de Burgo de Osma 12'50, Iglesia de S. Antón de B. de Osma 3'05, id. del Seminario de id. 3'05, Hospital de id. 12'70, Fuentepinilla 7'50, Ntra. Sra. del Espino de Soria 3'25, Vildé 1'50, Valderrueda 8, Coruña del Conde 6, Peñalba de Castro 6, Andalúz 15'25, Casarejos 9'35, Noviercas 15, Aldeanueva de la Serrezuela 3, Berlangas de Roa 1'25, Vadocondes 3'50, Lodares de Osma 5, Quintanas de Gormaz 7'75; Sta. M.<sup>a</sup> de Aranda 33, San Juan de id. 4, Quintana del Pidio 10, Ucero 3'50, Villanueva de Carazo 3, Parroquias de Soria 22'30, Hontoria del Pinar 10'50, Valderrodilla 2'50, Hinojosa de la Sierra 2'50, Villálvaro 8'10, Regumiel 2, Casanova 2, Tardelcuende 3, Ventosa de Fuentepinilla 1, La Seca 8, Berzosa y Valdegrulla 5, Sotos y Valdelinares 1'75, Valverde y Bayubas 4'50, Vinuesa 47, Mosarejos y Galapagares 2, La Sequera 2'50. Fuentearmegil y Santervás 1'50.